




~~Lea 36.~~

10



INSTITUTIO
HERMENEVTICO-
HOMILETICA,

hoc est,

Præcepta interpretandi Scripturam
Sacram & concionandi,

ex

DIVI AUGUSTINI

DE

DOCTRINA CHRISTIANA

LIBRIS QUATUOR

Conquisita, illustrata atque ad
usum accommodata

à

JOACHIM JUSTO BREIT-
HAUPT, D.



HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Sumptibus Johann. Frid. Zeitleri.



KÖN. PR. FR.
UNIVERS.
ZV HALLE.

Jb 287



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI;
DN. DAN. LVDOLPHI
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENDO RELICTIS.



PRÆFATIO.

S. Patris Aurelii
Augustini, Episco-
pi Hipponensis, de
Doctrina Christi-
ana opusculum,
tantam cum ab auctore, qui insti-
tutum eius *magnum & arduum* **L. I. I.**
ipse vocat, tum maximorum The-
ologorum iudicio, præ se fert au-
toritatem, ut non solum com-
mendatione nullâ indigeat, sed mi-
ra etiam res atque indigna merito
videatur, librum tam utilem tam
paucorum manibus teri. *De do-*
ctrina Christiana quod inscribi-
tur, nequaquam id accipiendum
ita est, ac si enarret modo, quæ

A 2 cre-

credere hominem & agere Christianum oporteat, recentioris forte Syntagmatis ductu commodius addiscenda. Hæc enim etsi non prætermissa, verum primo exposita libro sunt; tamen non nisi ad hanc finem, ut ne ipsum interpretationis fundamentum, quod in tribus his, *fide, caritate ac spe*, consistit, desideretur. Cæterum nihil aliud propositum hic Augustino fuit, quàm monstrare viam & adminicula Scripturam sacram tractandi, intelligendi videlicet, ac docendi Doctrinam Christianam; id est, Hermenevticæ sacræ & Homileticæ fontes aperire, ut antea nemo fecerat. Non igitur *res* ipsas, sed *modum* inveniendi eas atque eloquendi, præcipue tradit. Quod quidem uti ex collectis observationibus confieri debebat, ita ille qua disciplinas omnes callebat soler-

tertiam, quid istarum cognitio ad utrumque conferat, expertus scite ostendit, cæterasq; doctrinas doctrinæ Christianæ inservire docens, hinc etiam haut dubie imposuisse operi appellationem videtur. Atq; ut opes multo labore ac vigiliis conquistæ sunt omnium pretiosissimæ, sic Noster quicquid per ætatem suam tractans ipse Scripturas, vel interpretibus aliis navans operam excerpserat, tantopere apud animum æstimavit, ut *a Deo sibi in cogitatione multa de hac re tradita esse lætaretur*, atque ista hac fiducia ad scribendum manus admoveret. Huic ergo, divina secundante gratia, primo debemus, quæ *Flacius, Franzius, Glassius*, aliique dilatare enisi sunt. Quanquam unum id quasi proprium Augustinus habet, quod cum regulis una res coele-

stes mirifice instillat, ut mens pia
non tantum doctior, verum omni-
no etiam melior ab ejus lectione
semper recedat. Quod vel so-
lum causæ fuerit satis, cur illam o-
ptimus quisque habeat sibi com-
mendatissimam. Erunt tamen
potissimum duo, si qua lectorem
minus exercitatum a crebriore usu
(ut assolet) absterruere : primò
nonnullorum obscuritas locorum,
ex vocabulis dictionibusque inusi-
tatis orta, tum distracta commen-
tandi ratio, unde fit, ut multa per
digressionem inserta, plura sæpius
reperita legi, plurimæque aliunde
suppleri debeant. Quapropter ne
illorum, quibus thesaurum hunc
Theologiæ Homileticæ præstan-
tissimum commendassemus iden-
tidem, optatis deesse, mederi
forte incommodis videbatur
posse, libros quatuor, qua seor-
sum, qua promiscue spectatos, in
nucle-

nucleum quendam contrahendo.
Ubi operis dispositio quidem ma-
net integra, præcepta autem (iis
quæ ad Homileticen parum faci-
unt omisfis) suo quæque loco un-
dique congesta comparent, dicta
obscuriora appositione illustran-
tur, atque ad usum monita subin-
de aliqua adsparguntur. Cum
vero in angustum deducenda o-
mnia essent, fieri non potuit, quin
& exempla & alia, quæ mentem
auctoris declarant fusius, expediti-
orem modo & faciliorem aditum
curantes, reliquerimus. Neque
enim antiquandus erat ille, sed et-
iam atque etiam intimandus, ut
cum ipso loquar; id quod locis so-
licite annotatis provisum, ni fallor,
est. Quod superest, verba Augusti-
ni plerumque retinenda duximus,
propterea quòd ubi vulgariter lo-
quitur, perspicuitatis causa id facit;
ubi elegantiam miscet, judici-

l. III. c. III.

l. IV. c. 14. um quod de *Cypriano* interposuit,
in se quoque vult derivatum au-
ctor. Nos precamur a divina
benignitate, ut omnibus tam fide-
li Patris operâ utentibus propitia
adsit, ipsaque eos doceat in quovis
effato sanctissimi Spiritus & sen-
sum γνήσιον cum ἀσφαλεία perspice-
re, perspectum auditoribus ante o-
culos ponere, & quicquid ad co-
lendam Ecclesiam περισμάτων elici
inde queat, multa cum ubertate,
gravitate, ardore atque efficacitate
iisdem inculcare: his enim partibus
omne Homiletæ officium contine-
tur, informationi mentis & volun-
tatis commotioni dica-
tum.



IN



IN

NOMINE JESU.

L.

Sunt præcepta quædam tra- *Primus*
ctandarum Scripturarum, *liber.*
quæ Studiosis earum non
incommode possunt tradi,
ut non solum legendo alios, qui di-
vinarum literarum operta aperuerunt,
sed & aliis ipsi aperiendo proficiant.
Quisquis autem negat hominibus præci- *Datur mo-*
piendum, *quomodo intelligant, quid vel thodus in-*
quemadmodum doceant, si doctores sanctus terpretan-
efficit Spiritus; potest dicere, nec discen- *di, concio-*
das literas vel linguas, nec parvulos do- *nandi.*
cendos, nec codicem legendum, aut le-
gentem prædicantemque hominem au-
diendum: potest dicere, nec orandum
nobis esse, quia Dominus ait: *Scit Pater*
vester quid vobis necessarium sit, priusquam pe-
tatis ab eo. Aut Apostolum Paulum Timo- *Mat. 6, 32*
theo & Tito non debuisse præcipere, quid
vel quemadmodum præciperent aliis.
Quas tres Apostolicas epistolas ante oculos ha-

A 5

bere

vere debet, cui est in Ecclesia doctoris persona
imposita (a).

Hermeneu-
tica
finis.

2. Regula illa Hermeneutica common-
strant vestigia, quibus ad occultum sensum
sine ullo errore ipse pervenias, aut certe in ab-
surditatem pravae sententiae non incidas. (b)

Homileti-
ca partes.

Neque vero Homiletica, modo inveniendi
quae intelligenda sunt, id est, Scripturam ex-
plicandi, est definienda; sed in supermo-
dum proferendi quae intellecta sunt, omnino
etiam complectitur. Quarum duarum
partium ea est sanctitas, ut ab ingenio
humano nec doceri satis nec praestari, ni-
si gratia divini spiritus auxiliante, que-
ant (c)

Res & si-
gna in
Scripturis

3. Uti omnis doctrina vel verum est,
vel signorum, quorum adminiculo res ipsae
discantur; ita interpretatio Scripturarum,
hic inventio dicta, circa res sacras & signa
earum, ut verba, versatur (d). Rerum aliae

Rerum
distinctio.

sunt quibus fruendum est, aliae quibus utendum,
aliae quae fruuntur & utuntur (e).

Fr. ii.

4. Frui aliquando late & improprie
sumitur pro eo, quod est uti cum delecta-
tione. Quemadmodum ad Philemonem
Paulus, ita frater, inquit, ego te fruor in Do-
mino. Neque enim subsistit in voluptate,
quam ex Philemone capit, sed per eam
transit quasi, eandemque refert ad Domi-
num,

(a) Prol. conf. l. IV. c. XVI. & III. (b) sub
fin. prol. (c) l. I. c. I. conf. l. III. c.
XXXVII. sub. fin. it. l. IV. c. XV. (d) l. I.
c. II. conf. l. II. c. III. & IV. (e) l. I. c. III.

num, in quo permanet, fructum verum
ex Deo, non ex homine, sese percipere
ostendens (f). Propriè autem *frui* est
amore alicui rei inhaerere propter ipsam
(g), constituere in ea vitam beatam (h), &
collocare spem beatitudinis suæ (i): to-
tum haerere atque constringi in bono (k)
quo eges (l), itaque inhaerere ac perma-
nere, ut finem in eo ponas lætitiæ tuæ (m);
quo perfrui, beate vivere est, quod non
faciendum est, nisi in illa Trinitate, id est,
summo & incommutabili bono. Nam si in no-
bis id facimus, remanemus in via, & spem beati-
tudinis nostram in homine vel in angelo colloca-
mus: qui etiam seffos nos, atque in se acquies-
cere & remanere cupientes reficiunt potius,
atque ita refectos in illum ire compellunt, quo
fruentes pariter beati sumus (c).

5. *Uti* etiam interdum abusivè; non
proprie accipitur de iis rebus, quarum *Uti.*
usus illicitus, & abusus potius, vel abusio,
nominandus est. Vere *uti* aliud nihil
denotat, quam quod in usum venerit, ad
id quod amas obtinendum referre (o).
Estque omne *uti* propter aliud, secus ac
frui (p); cum finis sit utendi, ut ten-
dentes ad beatitudinem adjuvemur, ut
ad illas res, quæ nos beatos faciunt, per-
ve-

(f) XXXIII. (g) IV. (h) XXII. (i) XXXIII.
(k) XXII. (l) XXXI. (m) XXXIII. (n)
ib. & XXIX. (o) IV. (p) XXII.

veniamus, atque his inhærere possimus
(q) Sic, utendum est hoc mundo, non
fruendum (r).

*Res que
fruuntur
& utun-
tur.*

6. Deus non fruitur nobis aut ulla re ex-
terna, sed tamen utitur (s), propter suam bo-
nitatem quidem, ad utilitatem verò nostram (t).
Proinde qui fruuntur atque utuntur, po-
tissimū homines viatores sūnt, qui omnia
ad patriam referunt, referre certe debe-
bant. Cætera quæcunque fuerint, ad
viam, quâ utare, pertinent: sola patria sic
spectatur, ut eâ liceat frui atque unice o-
porteat (u). Quibus autem ita & quo-
modo utendum pro via & fruendum pro
patria sit, hoc est, quod tractatio sacra-
rum literarum nulla non exprimit; in e-
oque distinguendo sita nostra est religio
omnis, & in confundendo error sempi-
terno exilio multandus (x).

*Homileri-
ce offici-
um.*

7. Patria seu res, quibus fruendum
est, Pater & Filius & Spiritus S. est, Trinitas
bus fruendū, Pa- in quo omnia (y). De quo ut dignum,
tria, DE- quicquam effari nemo possit (z) haud
US. tamen absurde facere videntur, qui
Deum velut aliquid, quo nihil meli-
us sit atque sublimius (a), ipsam nimi-
rum

(q) III. (r) IV. XXXV. (s) XXXI. (t) XXX.
XXXII. (u) l. I. c. V. (x) c. III. conf.
XXII. XXVI. it. §. 19. (y) l. I. c. V. (z)
c. VI. (a) VII.

rum immutabilem vitam & sapientiam (b) animo ac mente concipiunt. Et siquidem non nisi DEO (quando nec ipse Dominus, in quantum via nostra esse dignatus est, tenere nos voluerit (c) solo fruendum (d), utpote quæ ipsa lex prima est); ante omnia ex iisdem acribus; tum aliis & honesti & utilis rationibus (f), urgeri isthæc potest debetque.

Soluseconf.
l. II c VII.
de gradub.
§ 7. ob-
servatio
Homil.

8. Tali ergo proposita patria, quàm longe homines inde pravitate sua, quæ æterno isti bono fluxa anteponit quælibet, tanquam contrariis flatibus repercutiantur, facile apparet (g). Perfrue dum autem omnino *veritate ac luce illa*, atque hanc percipere ut valeat, purgandus animus est. Quæ quidem purgatio, bono studio bonisque moribus peragenda, ipsa ambulatio, ipsa navigatio ad patriam existit. (h)

Conf. l. II.
c. VII. de
gradu ver-
itatis, quæ-
ritatio, quinto,

Reditus
ad patri-
am.

Homileti-
cæ finis.

9. Itaque *finis annuncianti verbi* est purgatio animorum, idem finis utendorum omnium. At enim purgandus homo se se purgare (i) aberrans a sanitate, via ad eam seu curatio esse (k), ipse nequit. Nam *via ista non locorum est, sed affectuum*, quam intercludunt, quasi septa quædam spinosa, præteritorum malitiæ peccatorum (l). Ostendit igitur Verbum, quòd ipsa illa sapientia, quæ patria, viam se-

Vienda
via.

C H R I-
S T U S.

quo-
(b) VIII. (c) XXXIV. (d) XXII. XXVII.
(e) XXVI. (f) XXIX. (g) IX. (h) X. XXII.
(i) XI. (k) XIV. (l) l. i. c. X. XVII.

quoque nobis fecerit ad patriam. Id quod stultis si stultum videtur, mirum non est (m).

Via finis.

10. Namque ita *se ipsum nobis*, quo rediremus, *substernere voluit*, ut omnia donaret peccata converfis, & graviter fixa interdicta reditus nostri, pro nobis crucifixus evelleret (n). Neque aliam ob causam visibilis factus est (o): quæ tamen incarnatio Filii DEI absque ulla mutatione contingit (p). Et sicut qui medetur vulneri, adhibet quædam *contraria*, quædam etiam *similia*: sic DEUS ex invisibili visibilis, ex immortalis mortalis factus superbiæ humilitatem, sapientiæ stultitiam, virtutes vitiis opposuit; tum per fœminam deceptos per fœminam natus, homo homines, mortalis mortales, morte mortuos liberavit (q). Atq; ita Christus se utendum DEO & hominibus præbet (r).

Modus duplex.

Ratio utendi per fidem.

Rom. 12, 3.
Job. 14, 6.

11. Cavendum vero ne quis statuatur, quando purgata via & aperta est, hoc ipsum ad purgandos animos, etiam si ea, uti nemo laboret, sufficere. *Fides* quippe necessario a nobis requiritur, quæ tamen non viribus paratur nostris, sed *donum illius est, qui eius mensuram unicuique partitur* (s), qui *via & veritas & vita est*, vinciente &

(m) XI. XXXIV. (n) XVII. (o) XII.
(p) XIII. (q) XIV. (r) XXXIV.
(s) l. III. c. XXXIII.

Et tanquam adglutinante nos Spiritu Sancto (t).

12. Hoc vinculum Ecclesiam facit Christi sponsam & conjugem, corpusque membrum *Via per-*
diversa officia gerentibus constans (u). *lativus Ec-*
Ille hoc corpus suum Charitate unitum, *clesia.*
medicinalibus quibusdam molestiis purgat, ut
in æternum sibi copulet conjugem Ec- *Epb. 5. 27.*
clesiam, non habentem maculam neque rugam, *Ecclesia*
aut aliquid huiusmodi (y). Interim ipsi de- *adjunctū*
dit claves, quibus *que solveret in terra, so-*
luta essent in cælo, *quæ ligaret in terra, ligata* *Mat. 16. 19.*
essent in cælo. At vero hujus gratiæ fit ne- *Ratio ope-*
mo particeps, nisi qui crediderit, peccata *randi per*
propter Christi meritum sibi remitti, at- *fidem.*
que ita verum se Ecclesiæ membrum
profiteatur. (y) Quæ quidem spes cre-
dentium magna fiducia fulcitur, *conside-*
rans, quantus quanta pro mundi creden *Fidei ad-*
sibus passus sit, & quàm voluntarie pro- *minicula.*
nobis animam posuerit, qui sic eam ha-
buit in potestate, ut a mortuis resurgeret,
atque in cælum ascenderet. (z)

13. Talibus & similibus stabilienda u- *Fidei si-*
tique est fides: nec prætermittendum, *gnum cha-*
tamen, quòd ea ipsa absque charitate ve- *ritas.*
râ, vera neutiquam, sed nulla sit. Nisi
enim *nodum unitatis & charitatis, quo tan-*
quam unitatis corpus Christi adstringitur (a)
fides

(t) l. I. c. XXXIV. (u) XV. (y) XIX.
(z) XV. (a) XVI.

*Purgatio-
nis hujus
gradus.*

*Finis ulti-
mus posses-
sio 2. Cor.
3, 16. Phil.
3, 16.*

fides pariat, nec ipsa nec membrum ejus-
modi haberi vivum potest. Atque hu-
jus *vite fidei* seu purgationis sunt gradus
quidam. Primum enim vitæ prioris
morumque rejectio fit pœnitendo, quæ
pœnitentia est animi quedam mors, quippe
qua priores mores perditos intere-
mit. Post eam animus per fidem re-
formatur in melius, quæ dicitur *Renova-
tio*. Una *mortis*, altera *resurrectionis* Chri-
sti virtute fit, mortisque & resurrectionis
extremæ prænuncia est. (b) Ita demum
renovatus animus recte usus Christo
tanquam via est, ipsoque & patre tan-
quam possessione frui incipit: & sic qui no-
verat Christum secundum carnem, jam non no-
vit; que retrò sunt, obliviscens, & in ea que
ante sunt extensus. (c) Cujus autem ani-
mus non moritur huic sæculo, neque in-
cipit configurari veritati, in graviolem
mortem morte corporis trahitur. Ne-
que ad communionem cœlestis beatitu-
dinis, sed ad luenda supplicia reviviscet.
(d)

14. Renovatio illa interpretationibus
declaretur, & adhortationibus stimule-
tur necesse est. Præstatur id optime
discrimine ac usu Legis & Evangelii, at-
que exemplo vitæ Christi proposito, (e)
&

(b) XIX. XXI. (c) XX XIV. (d) 1
(e) XI.

& ciendis affectibus, quibus vel timor in- *Ratiobore*
cutiatur negligentibus, vel ardor accen- *tandi pure*
datur. Hi potissimum petuntur a præ- *gationem*
miis æternis (f) & consecutura gloria, *Homileticæ*
ipsaque præsentis ævigratia, de qua *dona cics.*
in nobis cum *sanctificantia*, tum *ministran-*
zia testantur (g) : illi a futuro iudicio,
morte æterna & fluendis suppliciis (h) pæ-
nisque inastimabilibus. (i)

15. Non autem præcipit Scriptura ni- *Purgatio*
si caritatem, & eo modo informat mores *circa ad*
hominum. Non autem asserit nisi ca- *genda &*
tholicam fidem, rebus præteritis & futu- *credenda*
ris & præsentibus. Præteritorum nar- *versatur;*
ratio est, futurorum prænuntia-
tio, præsentium demonstratio. Sed
omnia hæc ad eandem caritatem nutri-
endam atque corroborandam, & cupidi- *Finis,*
tatem vincendam atque extinguendam *caritas*
valent. *Caritas* vocatur motus animi ad *conf. S. 35.*
fruendum Deo propter ipsum, & se atque
proximo propter Deum. *Cupiditas* vero *Opposi-*
motus animi ad fruendum se & proximo, *tum.*
& quolibet corpore non propter Deum.
Quod autem agit indomita cupiditas ad
corrumpendum animum & corpus su-
am, *flagitium* vocatur. Quod autem a- *Cupidita-*
git, ut alteri noceat, *facinus* dicitur. Et *tis effectus*
hæc sunt duo genera omnium peccato- *duplex.*
B rum,

[f] XXI. [g] XV. [h] XX. [i] XXI.

*Charita-
tis effectus
duplex.*

rum, sed flagitia priora sunt. Quæ cum
exinaniverint animum, & ad quandam
egestatem perduxerint, in facinora profi-
litur, quibus removeantur impedimenta
flagitiorum, aut adjumenta quærantur.
Item quod agit caritas, quod sibi profit,
utilitas est: quod autem agit, ut profit
proximo, *beneficentia* nominatur. Et hinc
præcedit utilitas, quia nemo potest ex
eo, quod non habet, prodesse alteri.
*Quanto autem magis regnum cupiditatis de-
struitur, tanto charitatis augetur.* (k)

*Objectum
charitatis
quadru-
plex.*

*Erga se &
corpus su-
um.
Eph. 5, 29.*

16. Quoniam ergo Renovatio ad ve-
ram caritatem tendit, etiam atque etiam
docendum, quomodo diligere debea-
mus. Neque enim omnia, quibus uten-
dum, diligenda sunt; neque utendum iis
omnibus, quæ diligenda sunt: hoc de
DEO, illud de malis fit planissimum,
(l). Diligenda sunt quatuor, unum,
quod supra nos est, alterum quod nos fu-
mus, tertium quod juxta nos est, quar-
tum quod intra nos est. De secundo &
quarto nulla præcepta danda erant, pro-
pterea quod homo in amorem sui & sui
corporis natura fertur, adeo ut facilius in
excessu quam defectu peccet (m). Hinc
ipse Apostolus, *nemo, ait, unquam car-
nem*

(k) l. III. c. X. (l) l. I. c. XXIII. XXVII. (m)
XXIII. XXVI.

nem suam odio habuit. Quod si secus
facere quis videatur, causa est, quod am-
plius aliquid diligit, non quod se suaque
non diligit (n). Nihil est igitur, quod de
eo præcipiendum sit, nisi ut *propter Deum*
homo se suaque diligit, & *ordinate* seu
cum prudentia & modo (o). Quan-
quam sui ipsius dilectio, cum dictum est,
Diliges proximum tuum tanquam teipsum,
non prætermissa est. (p)

17. De diligendo autem Deo & proxi- *Erga De-*
mo præcepta divinitus sunt data. De prio- *um.*
ri agit supra §. 7. Cæterum dilectio ut *Erga pro-*
sui, sic & proximi ex caritate Dei unice de- *ximum*
rivatur, ut, qui diligere alterum tanquam *conf. l. II.*
seipsum jubetur, totam dilectionem sui & *c. VII.*
illius referre in dilectionem Dei debeat.
Unde fuit prima regula, quæ quo rarius
tractatur, eo diligentius notanda, & præ-
ter cætera hominibus instillanda est: *Quis-*
quis recte proximum diligit, hoc cum eodebet a- *Prima*
gere, ut etiam ipse toto corde, totâ animâ, tota *Regula.*
mente diligit Deum (q). Ad quem unum fi-
nem officia dirigenda omnia sunt (r).
Quod vero hoc ipsum in agendis cum al-
tero primum sit, facile intelligitur; siqui-
dem ista omnia amore nostri nos metiri

B 2

opor-

(n) XXIV. XXV. (o) XXV. XXVII. (p)
XXVI. (q) XXII. (r) XXIX. XXVII.

Aliena.

oportet, qui profecto nunquam est maior, quam si ad Deum maxime diligendum animus inflammatur. (s) Tum videtur isthæc caritas ad amorem DEI quam proxime accedere: quomodo & pariter illa altera, qua inimicos etiam diligimus, quos, si vera est pietas nostra, tantum abest, ut timeamus vel oderimus, ut eorum potius misereamur. (q. sup.)

Ordo ex relatione.

18. *Ordo* autem ac diligendi modus ex relatione pendet: proximi enim nomen ad aliquid est, nec quisquam esse

Proximus

proximus, nisi proximo potest. Estq; is proximus, cui vel exhibendum est officium misericordiae, si indiget, vel exhibendum esset, si indigeret. Ex quo est consequens, ut etiam ille, à quo nobis hoc vicissim exhibendum est, proximus sit noster. Ideoque non tantum omnis homo, sed etiam sancti angeli hoc præcepto continentur (t). Atque omnes homines aequè diligendi sunt, propter DEum (u): item amplius alius homo diligendus est, quam corpus nostrum. In quantum vero quispiam propter DEum diligi non potest, ut peccator, in tantum nec diligatur; licet idem ipse, quatenus homo, constanter diligendus sit (x). Sed cum
omni-

*Fundamentum
Charitatis.*

Conf. §. 17.

(s) XXII. (t) XXX. (u) XXIX. (x)
XXVII.

omnibus prodesse non possis, his potissimum consulendum est, qui pro locorum & temporum & quarumlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi quasi quaedam forte junguntur (y). Quæ omnia ut nosceremus atque possemus, factam esse totam pro salute nostra per divinam providentiam dispensationem temporalem (z), meminimus.

Ordo.

Providentia.

19. Huc ergo spectat, quod, quibus & quomodo sit fruendum utendumque, tam solícite excussum est; nimirum ut omnium Scripturarum interpretatio ad dilectionem DEI & proximi referatur.

Applicatio ad interpretationem.

Quisquis igitur sententiam adificanda caritati utilem tenet, etiam si interdum ea cum auctoris mente parum congruat, non perniciosè fallitur, nec omnino mentitur.

Et excusandus quidem iste error, sed corrigendus est tamen (a); præsertim cum interpretes hujusmodi plerumque incurrat in alia, quæ illi sententia contexere nequeat. Unde fieri solet, ut qui amat sententiam suam, Scripturæ incipiat offensior esse quam sibi. Titubabit autem fides, si divinarum Scripturarum vacillat auctoritas. At fide titubante caritas etiam ipsa languescit (b). Etsi enim in æternitate

Error tollerandus corrigendus.

Interpretationis finis.

B 3

caritas

(y) XXIX. (z) XXXV. (a) XXXV. XXXVI. (b) XXXVII. conf. l. II. c. VII.

[cum Fide
& Carita-
te spes co-
hæret.)

eriplex.

Conf. §. 27

Sacra-
menta.

caritas sola absque fide auctior & certior permanebit (c), in hoc tamen seculo nemo potest diligere quod esse non credit. (d) Porro si credit & diligit, benè agendo & præceptis bonorum morum obtemperando efficit, ut etiam speret se ad id, quod diligit, esse venturum. Itaque tria hæc sunt, quibus & scientia & omnis prophetia militat, Fides, spes, Caritas [e].

20. Tantum de Rebus, quæ analogiam fidei quodammodo exhibent, in tractatione sacrarum literarum ante omnia observandam. Quo referenda etiam sunt verborum visibilibus (f) divinissima, Baptismi sacramentum, & celebratio corporis & sanguinis Domini. Qualia quidem, Veteris Testamenti erant signa plurima, pro quibus multis hæc pauca, eademque facta facillima, & intellectu augustissima, & observatione castissima, ipse Dominus & Apostolica tradidit disciplina (g).

SECUNDUS LIBER.

21.

Res illas omnes mortalibus notas fecit Deus per verba, relata ab hominibus

(c) XXXIIX. XXXIX. (d) XXXVII. (e) XXXIX. XL. (f) l. II. c. III. conf. l. XIX. contra Faust. Manich. c. XVI. (g) l. III. c. IX.

nibus in *litteras*, quæ signa sunt verborum. (h). Cum verò hæc signa non potuerint communia esse omnibus gentibus (h), scriptura divina ab una lingua profecta, per varias interpretum linguas longè lateque diffusa, ad salutem iis innotescit. Quam legentes nihil aliud appetunt, quam cogitationes voluntatemque illorum a quibus conscripta est, invenire, & per illas voluntatem Dei, secundum quam tales homines locutos esse credimus (i).

22. Cæterum finem hunc obtinere multi multis locis nequeunt, qui multiplicibus obscuritatibus & ambiguitatibus decipiuntur, & temerè legunt aliud pro alio legentes, interdum autem, quid vel falso suspicentur, non inveniunt. Quod totum provisum divinitus est, ad edomandam laborem superbiam, & intellectum à fastidio revocandum; cui facillè investigata plerumque vilescunt (k). Quanquam nihil ferè de illis obscuritatibus eruitur, quod non planissimè dictum alibi reperiat (l). Ita non intellectum Scripturarum nobis quasi hostiliter invidens, sed exercens medicinaliter cor nostrum (m),

*Obtinendi
ejus diffi-
cultas.*

*Difficultatis
causa.*

*Remedi-
um.*

locis conf. S. 24.

B 4

aper - 34.

(h) l. II. e. IV. (i) V. (k) VI. conf. l.

I. c. XXXIIX. (l) conf. l. III. c. IX.

(m) l. III. c. XXXIV.

apertioribus fami occurrit Spiritus Sanctus, obscurioribus autem fastidia detergit. (n)

Interpretatio.

Conf. S. 2.

Finis.

Gradus ad sapientiam.

I. II. III.

IV.

V.

VI.

23. Interpretatio est legitima sensuum divinorum indagatio: quæ parit scientiam, tenditque ultimò ad perfectionem, vera quæ sapientia est. Ad hanc autem gradibus septem pervenitur. Initium sapientiae timor Domini, quo quis cogitat de morte & iudicio. II. Pietas erga divinam scripturam. III. Scientia, quomodo diligendus sit Deus & proximus, quæ conjuncta cum prioribus bonæ spei hominem, se non jactantem, sed lamentantem facit. IV. Fortitudo, quæ hic consolationem divini adjutorii impetrat, totumque animum à transeuntibus ad æterna convertens, incommutabilem lucem suscipit. Hanc verò assequi se posse diffidens, in Vto gradu, hoc est, in Consilio misericordie purgat animam tumultuantem, seque in dilectione proximi gnaviter exercet. VI. Inimici dilectio, qua jam ipse oculus purgatur, quo videri Deus potest. Nam in tantum videmus, in quantum morimur huic seculo: in quantum autem huic vivimus, non videmus. Exit ergo iste sanctus tam simplici corde atque mundato, ut neque hominibus placendi studio detorqueatur à vero, nec

(n) l. II. c. VI. conf. IX. l. III. c. II. XXVI. XXIX. l. IV. c. VI. VIII.

nec respectu devitandorum quorumlibet incommodorum suorum, que adversantur huic viae. Talis filius VII. ascendit ad sapientiam, quâ pacatus tranquillisque perfruitur (o).

VII.

24. Ad tertium illorum graduum spectat interpretatio, de qua statuendum ita est, solertissimum indagatorem divinarum scripturarum fore, qui primò totas legerit notasque habuerit, si nondum intellectu, jam tamen lectione (p). Deinde, cum in iis, que aperte in scriptura posita sunt, inveniantur illa omnia, que continent fidem moresque vivendi: ex his Præceptis & credendi regulis percepta fidei analogia (regula seu præscriptum fidei) (q) fundamentum omnis interpretationis fit necesse est. Sic enim ad obscuriores locutiones illustrandas de manifestioribus sumi exempla, & quædam certarum sententiarum testimonia dubitationem de incertis auferre possunt, (r)

Interpretationis præcautio.

Fundamentum.

Conf. § 34.

25. Duabus autem causis non intelliguntur quæ scripta sunt, si aut ignotis aut ambiguis signis obteguntur [s]. De ignotis agendum prius, quorum due forme sunt: namque aut ignotum verbum, facit

Obiectum duplex.

Signa ignota.

B 5

hæ-

(o) I. II. c. VII. (p) VIII. IX. (q) I. III. c. II. (r) I. II. c. IX. conf. I. III. c. II. XXVI. XXVII. XXVIII. [s] X.

hærere lectorem , aut ignota locutio.
 Nulla sanè sunt magis mandanda me-
 moriæ , quàm illa verborum locutio-
 numq; genera, quæ ignoramus, ut cum vel
 per tior occurrerit, de quo quæri possint,
 vel talis lectio , quæ vel præcedentibus
 vel consequentibus, vel utrisque offen-
 dat quam vim habeat, quidve significet,
 quod ignoramus, facile adjuvante me-
 moriâ possimus animadvertere & discere
 [t]. Sunt autem signa vel *propria* vel
 [u]
 26. *Contra ignota signa propria magnum*
remedium est linguarum cognitio. Et præ-
 ter latinam duabus aliis ad scripturarum
 divinarum cognitionem opus, *Hebræa* sci-
 licet & *Græca* [x], cum quibus facienda qua-
 dam familiaritas [y]. Necessaria verò il-
 larum linguarum scientia est propter in-
 finitam interpretum varietatem [z], qui
 plerumque à sensu auctoris devii aber-
 rant, si non sint doctissimi. Igitur aut,
 inspicienda sententia in ea lingua, quam
 interpretantur, aut habendæ interpreta-
 tiones eorum , qui se verbis nimis ob-
 strinxerunt [a]; non quia sufficiunt, sed
 ut ex eis *libertas* vel *error* [b] diriatur
 aliorum, qui non magis verba, quàm sen-
 ten-

[t] XIV. [u] X. (x) XI. (y) IX. [z] XI.
 [a] XIII. XV. [b] XIII. XII.

Conf. §. 26.

Signa in genere duplicia.

Ad interpretatio-

mem ignorum propriorum requir.

Linguarum cognitio.

Versiones ad verbum.

tentias interpretando sequi maluerunt. Nam non solum verba singula, sed etiam locutiones sæpe transferuntur, quæ omninò in alterius linguæ usum transire non possunt [c].

Atque ipsa quidem collatio plus adjuvat intelligentiam, quam impedit, si modo legentes non sint negligentes. *Collationis versionum utilitas.*

Etsi nempe, illarum quæ vera sit, nisi exemplaria linguæ præcedentis legantur, incertum est; tamen ex collatis magnum sæpe aliquid insinuat scienter legentibus. Difficile est enim, ita diversos à se interpretes fieri, ut non se aliqua vicinitate contingant,

Collatio antecedentium & consequentium, locorumque similium, nunquam non maxime necessaria [e]. *Collatio anteced. & cons. & loc. Parall. conf. §. 25. & 22.*

27. In translatis signis, si quæ fortè ignota cogunt hæere lectorem, partim *linguarum* notitiâ, partim *rerum* investiganda sunt. Multa etiam nomina, quæ ab auctoribus sacrorum librorum interpretata non sunt, habent non parvam vim atque adiutorium ad solvenda ænigmata scripturarum. Rerum autem ignorantia facit obscuras figuratas lectiones, cum ignoramus vel animan-

Ad translato- rum sign. ignor. interpre. Linguarum, Rerum notitia.

[c] XIII. [d] XII. [e] XIV. XII. IX.
conf. l. III. c. II.

*Compen-
diorum
utilitas.*

nimantium, vel lapidum, vel herbarum naturas, aliarumve rerum, quæ plerumque in scripturis similitudinis alicujus gratia ponuntur. Ita & numerorum & musicæ (f), historiæ (g), Geographiæ, astronomiæ (h), artium & rerum mechanicarum (i) cognitio explanatorem aliquando juvat. Proinde sicut quidam de nominibus, quæ in scripturis sine interpretatione sunt posita, & de temporum historiâ fecerunt, ut ea separatim interpretarentur: sic benignam quoque operam fraternæ utilitati impendere, qui quæ de quibuscunque terrarum locis, naturis rerum, fideribus, artibus, numeris divinorum librorum explicatio flagitat, ea digerentes sola exposita literis mandârunt (k).

*Logicæ
necessitas.*

28. Quale quidem adminiculum, in cæteris licet haberi possit, tamen de ratione disputandi, quia per totum textum Scripturarum colligata est nervorum vice, fieri nequit (l). Cum enim multa sint genera quæstionum, quæ in literis sanctis sunt penetranda & dissolvenda (m), certè non suffecerit, nosse *veritatem sententiarum*; sed

[f] l. II. c. XVI. XIIIX. XXIV. XXXIIIX.

[g] XXIIIX. [h] XXIX. [i] XXX.

[k] XXXIX. [l] XXXIX. [m] XXXL

sed regulis connexionum instructum, esse oportet, ex quibus quid sit, consequens, quid non consequens, quid repugnans, judicetur. Unde fit, ut, veris certisque sententiis cum incertæ verâ connexionione junguntur, etiam ipsæ certæ fiant (n). Nec solum ex vero verum, sed etiam ex falso inferitur verâ connexionione quod falsum est, Id quod *Paulus* exemplo suo usurpare docet, ut eum, cujus errorem corrigere volumus, pœniteat concessisse præcedentia, quorum consequentia videt esse respuenda. Uti & rursus, sicut in falsis sententiis veræ, sic in veris sententiis falsæ connexiones esse possunt (o). Alia ergo est veritas sententiarum seu rerum, alia veritas seu *necessitas consequentiarum* (p): illa è Scriptura S. petitur, hæc præter eam discenda est (q). Item scientia definiendi, dividendi atque partiendi, maximum momenti ad interpretationem confert (r).

*Usus in
sacris.*

1 Cor. 15, 13.

29. Præcepta verò eloquentiæ, quamvis eis possint etiam falsa persuaderi, nihilominus vera sunt, atque illa qui noverunt, ad literas sanctas intelligendas explanandasquè plurimum adjuvantur (s).

*Rhetorica
necessitas.*

Tro-

[n] XXXIV. [o] XXXI. XXXIII. [p]

XXXIV. [q] XXXI. [r] XXXV.

[s] XXXVI. l. III. c. XXIX.

Conf. S. 33. Troporum sanè cognitio Scripturarum
ambiguitatibus dissolvendis est necessa-
ria, quia cum sensus, ad proprietatem ver-
borum si accipiatur, absurdus est, quæren-
dum est utique, ne fortè illo vel illo tro-
po dictum sit, quod non intelligimus (t).

*Utriusq;
usus Ho-
mileticus
duplex.
Logica.*

Rhetorica

*Utraq; ob-
servatio-
nibus con-
stat ad u-
sum spe-
ctantibus.*

30. Atque hæc de Logica & Rhetorica
cum reliquis disciplinis hic locum inve-
nere, etsi magis ad *ambigua* solvenda &
explicanda pertinent, quàm ad incogni-
ta signa agnoscenda (u). Utraque autem
ars, non minus ut proferamus atque ex-
planemus ea quæ intellecta sunt, quam
ut intelligamus, adhibenda est (x). Illa
namque conclusionum, definitionum &
distributionum, in omni explicatione &
Accommodatione Homiletica usum ac
fundamentum præbet. Et vero obser-
vationes Rhetoricæ, quod auditorem piè
conciliare, scienda vel credenda conve-
nienter enarrare, vera defendere, falsa re-
futare, ad expetendum fugiendumve
animos movere docent (y), quantum
commodi Ecclesiæ afferant, testa-
tur experientia. Cæterum ut omnia
illa, inventa potius quod ita se habeant,
quàm ut ita se haberent instituta (z):
fic

[t] XXXVI. [u] XXXIX. (x) XXXVII.

[y] XXXVI. l. IV. c. II. [z] l. II. c.
XXXII. XXXVI.

sic disciplinarum talium non quaestiones
spinofissimas, sed usum modo Homileta,
adsciscit. (a)

31. Philosophi etiam gentiles si qua for-
te vera & fidei nostrae accommoda dixe-
runt, non solum formidanda non sunt,
sed ab eis etiam, tanquam injustis posses-
soribus, in usum nostrum vendicanda.
Sicut enim Ægyptii populo exeunti ve-
stem vasaque aurea & argentea, quibus
non benè utebantur, præcepto Dei com-
modabant: sic doctrinae omnes gentili-
um liberales disciplinas usui veritatis a-
ptiores, & quaedam morum præcepta uti-
lissima continent, deque ipso uno Deo co-
lendo nonnulla vera inveniuntur apud e-
os; quod tanquam aurum & argentum
debet iis auferre Christianus ad usum
justum prædicandi Evangelii (b). Ast hoc
modo instructus divinarum Scriptura-
rum studiosus, ne de divitiis ab Ægypto
ablatis scientiâ infletur, nisi & cum Chri-
sto Paschate nostro immoletur, & quasi cla-
vatis carnibus omnes superbiae motus ligno crucis
affigat (c), salvum se esse non posse sentiet
(d). Quantum autem minor est auri, ar-
genti vestisque copia, quam de Ægypto se-
cum abstulere, in comparatione divitia-
rum

*Genilium
Scriptoris
utilitas.*

*Scientia
non inflet.*

[a] XXXVII. [b] XL. XIIX [c] VII.
[d] XLI. XIII. XXXIV. XXXVII.



Præroga- eiva SS. li- terarium. rum Solomonis ; tanti fit cuncta scientia, quæ quidem est utilis collecta de libris gentium, si divinarum scripturarum scientiæ comparetur (e).

TERTIUS LIBER.

32.

De ambi- guorum interpretatione. **P**ostquam de *signis* (verbis & locutionibus) *ignotis* actum fuit, transimus ad *ambigua*: quæ ipsa etiam vel *propria* vel *translata* reperiuntur (f). Tum rarò invenitur ambiguitas in propriis verbis, quam non quoque aut circumstantia sermonis, qua cognoscitur Scriptorum intentio, aut interpretum collatio, aut præcedentis linguæ soluat inspectio (g). Sed primò providendum, ne malè *distinxerimus aut pronunciamus*. Cum ergò incertum fuerit, consulenda regula fidei est. Quod si ambæ vel etiam omnes, si plures sint, partes ambiguitatis secundum *fidem* sonuerint, neque eam impediunt; *textus* ipse sermonis à *precedentibus* & *consequentibus* partibus, quæ ambiguitatem illam in medio posuerunt, restat consulendus, ut videamus, cuius sententiæ de pluribus, quæ

[e] XLII. [f] l. III. c. I. [g] IV.



quæ se ostendunt, ferat suffragium, eam-
que sibi contexi patiatur. Ubi autem ne-
que *prescripto fidei*, neque ipsius sermonis
textu ambiguitas explicari potest, nihil
obest, secundum quamlibet earum, quæ
ostenduntur, sententiam distinguere vel
pronunciare (h).

*Diversa-
rum sen-
tentiarum
usus conf.
§. 19.*

33. Maximè porrò investigandum,
utrum *propria* sit, an *figurata* locutio, quam
intelligere conamur (i). Ut verò *servilis*
infirmittatis est, figuratam locutionem ad
literam accipere, & signa pro rebus, quæ
iis significantur; ita propriam quasi figu-
ratam, & inutiliter signa interpretari, *ma-
lè vagantis erroris* est (k). Modus igitur
inveniendi, propriane an figurata sit lo-
cutio, hic adhibendus; ut *quicquid in ser-
mone divino neque ad morum bonestatem, ne-
que ad fidei veritatem propriè referrì potest,
figuratum esse cognoscas* (l). Ubi troporum
cognitio apprimè necessaria est (m). Fi-
guratum enim cum apparuerit, verba
quibus continetur, aut à similibus re-
bus ducta invenientur, aut ab aliqua vi-
cinitate attingentibus (n). Quanquam
non semper, ubi verba translata tractan-

*Translata
a propriis
distingui-
enda.*

*Distingue-
di modis.*

*Troporū
usus.*

conf. §. 29.

*Transla-
torum in-
doles.*

C

tur,

(h) II. III. XXVII. XXVIII. (i) XXIV.

(k) V. IX. X. (l) X. XXIX. (m) XXIX.

XVI. (n) XXV.

notio h.l. tur, locutiones *figuratae proprie* hic vocan-
 tur; sed ita posita, ut obtegant sensum
 & allegoriam vel anigma faciant (o).

Figuratum 34. At cum multis modis res similes
 rebus apparent, non putemus, quod in
 aliquo loco res aliqua per similitudinem
*significatio-
 tionum* significaverit, hoc eam semper significa-
 re. Nam varietas fit *duabus formis*: sic
 enim aliud atque aliud res quæque si-
Varietas. gnificant, ut aut *contraria*, aut tantum-
 modò *diversa* significant, atque hæc non
 solum duo, sed etiam non nunquam
 multa, pro loco sententiæ, sicut posita
 reperitur. Et sunt, quæ incertum sit in
 quam partem accipi debeant (p). Ubi
conf. S. 24. autem apertius ponuntur, ibi discendum
 est, quomodo in locis intelligantur ob-
*Observa-
 tio Homi-
 lerica.* scuris (q). Quò pertinet omnis locorum
 parallelorum & Concordantiarum usus,
 quem Explanator Homileticus meritò
 frequentat.

*De figura-
 tis locuti-
 onibus* 35. Servabitur ergò in locutionibus
 figuratis regula hujusmodi, ut quod le-
 gitur tam diu diligenti consideratione
 versetur modisque omnibus, donec ad
*ininterpre-
 ta. n. lis* *regnum caritatis & veritatis* sententiam in-
 terpretatio perducatur, quò quidem
 pervenire facile est, præsertim cum usus
 accesserit pietatis exercitatione roboratus

(o) XI. (p) XXV. XXXII. (q) XXXI.

rus (r). Unde observationes sequentes *Observa-*
dantur. Quod in aliis personis plerum- *tiones.*
que flagitium est, in divina vel prophe- 1.
tica persona magnæ cujusdam rei si- 2.
gnum est. Sanctorum facta ex *circum-* 3.
stantiis locorum, temporum personarum-
que judicanda (s). Non usus & natura *conf. §. 15.*
rerum attendatur, sed animus utenti-
um, *caritas* vel *cupiditas*, causa utendi &
appetendi modus (t). Quamvis justiti- 4.
a à consuetudine non pendeat, ta-
men honesta multa ex consuetudine
sunt, quæ ad *utilitatem* & *beneficentiam* re-
feras oportet, vel propriè, ut de omni-
bus, vel de prophetis figuratè (u).

36. Ne verò *in agendis*, si quid Scri- *De propri-*
ptura vel præceperit, quod abhorret à *is non figu-*
consuetudine audientium, vel quod non *ratè acci-*
abhorret culpaverit; aut *in credendis*, si *piendis*
animum præoccupaverit alicujus erro- *Observa-*
ris opinio, quicquid aliter asseruerit Scri- *tiones.*
ptura, figuratum esse arbitremur, tenebi-
mus sequentia (x). Quicquid asperum 1.
& quasi sævum factu dictuvè in sanctis
Scripturis legitur ex persona DEI vel san-
ctorum ejus, si perspicuè sonat, non est
ad aliud referendum, quasi figuratè di-
ctum sit, verum ad *cupiditatis regnum* de-
stru-

C 2

(r) XII. XV. XXIV. (s) XII. XVIII. (t)
XVIII. (u) XII. XIII. XIV. (x) X.

2. struendum valet (y). Sciamus quoque
 omnia omnibus non præcipi, alia omni-
 bus communiter, alia singulis quibusque
 generibus personarum, ne quisquis in
 3. meliori gradu spiritalis vitæ vel est vel
 esse se putat, figuratè dicta accipiat, quæ
 inferioribus gradibus præcipiuntur (z).
 Neque ex suo ingenio vires sanctorum
 æstimare licet (a). Multa etiam sunt,
 4. quæ tempore V. Test. officiosè facta, mo-
 dò nisi *libidinosè* fieri non possunt. Quo-
 rum quidem figuram ad intelligentiam
 referas, res autem ipsas ad mores non
 transferas (b). Peccata verò piorum
 5. ad hoc scripta esse meminerimus, ut, cum
 videamus tantorum virorum & caven-
 das tempestates & flenda naufragia, A-
 postolica illa sententia ubique tremenda
 sit: *Qui videtur stare, videat ne cadat* (c).
 1. Cor. 10.
 12.
 Regula
 Ticonii.
 De Chri-
 sto & cor-
 pore myst.
 1. 37. Accedunt *Ticonii Donatistæ* regulæ,
 quæ plurimum ad scripturas intelligen-
 das adjuvant. *Prima* agit de Domino
 & ejus corpore, ut vigilanter obserue-
 mus, quid conveniat capiti, quid corpo-
 ri (d), quando mentio fit utriusque, id
 est, Christi & Ecclesiæ, atque ita à capite
 ad corpus, vel à corpore transitur ad ca-
 put,

(y) XI. (z) XVII. (a) XIX. XX. (b)
 XXII. (c) XXIII. (d) XXXVII.

put, & tamen de una eademque persona sermo est (e). Quam primam simillima & maximè gemina illustrat *septima*, de diabolo & ejus corpore. Leguntur enim aliquando, quæ non nisi in ejus corpore possint agnosci; id quod habet, partim manifestè foris, partim Ecclesiæ permixtum (f). *Secunda* est de permixta Ecclesia, ut benè distinguas, cum Scriptura de bonis malisque, tanquam unum sit utrorumque corpus, ultrò citroque ac promiscuè loquitur, propter temporalem commixtionem & communionem Sacramentorum (g). *Quarta* de specie & genere, seu parte & toto, cum à specie transitur ad genus, quasi adhuc de specie loquente Scriptura, vigilare jubet lectoris intentionem, ne quærat in specie (v. c. urbe, regione, vel homine) quod ejus modum excedit, & in genere (v. c. regione, universo, Christo seu ecclesiâ) potest melius & certius invenire [h]. Quæ ipsa regula alterum est fundamentum Accommodationis Homileticæ, cum omnis *Uusus vel per consequentiam vel per ejusmodi transitum* inferatur. *Quinta* latentem in Scripturis quantitatem

C 3

tempo-

7.
De Diabolo & ejus corpore.

2.
De Ecclesia permixta.

4.
De specie & genere.

Observatio Homiletica.
conf. § 30.

(e) XXXI. (f) XXXVII. (g) XXXII.
(h) XXXIV.

5.
de tempo-
re.

6.
de Recapi-
tulatione.

3.
de lege &
Evange-
lio.

temporum docet invenire ac conjicere, si aut tropus *synecdoche*, quod pars pro toto, vel totum pro parte intelligendum sit; aut *legitimi* numeri observentur, qui dicuntur, quando certus usurpatur pro incerto seu universo, vel eodem sensu multiplicatur sive per denarium sive per seipsum. Ubi animadvertas, non solum ad tempora pertinere istorum numerorum significationes, sed quandoque latius patere [i]. *Sexto* commendatur *Recapitulatio*, quâ utendum, necessariò, quoties sic dicuntur quædam, quasi sequantur in ordine temporis, vel rerum continuatione narrentur, cum tamen ad priora, quæ prætermissa fuerant, latenter narratio revocetur (k). Atque hæc sex regulæ omnes aliud ex alio faciunt intelligi, quod est proprium tropicæ locutionis (l). Superest una in ordine quidem tertia, de *Lege* & promissis seu *Evangelio*, [m] ut nimirum semper ad ista duo referatur lectio, & Legis doctrina ab Evangelio accuratè in omni tractatione discernatur. Tantum etiam *de signis*: restat de *proferendis* eis quæ sentimus, liber quartus [n].

QUAR-

[i] XXXV. (k) XXXVI. (l) XXXVII.
(m) XXXIII. (n) XXXVII.

QVARTUS LIBER.

38.

Superior illa de *Rebus & Signis* doctrina, non tantum eruendo Scripturarum sensui, sed eidem quoque explanando & salutarem ad usum traducendo, ut subinde indicatum est, plurimum inservit. *Hermeneutica U-*
Nec tam requiritur, ut eloquenter, *tica U-*
quam ut sapienter dicamus. *Sapienter sus in Ho-*
autem dicit homo tanto magis vel minus, *mileticis.*
quanto in *Scripturis sanctis magis minusve*
profecit. Non in eis multum legendis, memoriamque mandandis, sed bene intelligendis, & diligenter earum sensibus indagandis, ut *cor earum sui cordis oculis videre* possit. Quemadmodum vero est *Intelligentia & Elo-*
melior, qui & cum volet ipsas recitat, *quentia*
& sicut oportet intelligit; ita & qui utrumque potuerit, non solum sapienter, *conjuncta*
verum etiam eloquenter dicere, *profecunda.*
Etò plus proderit. Qui enim eloquenter dicunt, suaviter, qui sapienter, salubriter audiuntur. At *salubri suavitate,*
vel suavi salubritate quid melius? [o]

39. Quærentibus ergò quâ potissimum

C 4

mum

[o] *Lib. IV. c. V. conf. c. II.*

*Modus
parandi e-
loquenti-
am sa-
cræ tri-
plex.*

*Eloquen-
tia non
semper ex
præceptis.*

*Dicta
Scripturæ
tenenda
memori-
ter.
conf. §. 38.*

muneratione paranda sacra eloquentia
fit, non sine discrimine respondendum
videtur. Quos quidem nec tempus nec
occurrit destitut, ipsa artis præcepta haud
oportet negligere. Cæteri ad legendos (se-
cundum Sacram Scripturam) vel audien-
dos & imitandos exercitatione (scribendi,
dictandi, postremò etiam dicendi) elo-
quentes Homiletas mittuntur: si tamen
ii, qui leguntur & audiuntur, non solum
eloquenter, sed etiam sapienter (*sanctè &
orthoxè*) dixisse vel dicere veraci prædi-
catione laudantur. Nam multi implent,
quia eloquentes sunt, nō adhibent, *ut* sint
eloquentes, præcepta rhetorica; sine
quibus inventi etiam sunt plurimi elo-
quentiores plurimis, qui illa didicerunt:
sine lectis verò & auditis eloquen-
tium sermonibus nemo [p]. Si autem
tale desit ingenium nonnullis, qui
utilitati Ecclesiasticæ cupiunt erudiri
[q], *verba Scripturarum tenere* maxi-
mè necessarium est. Quantò enim
se pauperiores cernunt in suis, tantò e-
os oportet in istis esse ditiores: ut quod
dixerint suis verbis, probent ex illis,
& qui propriis verbis minores erant,
ma-

[p] III. [q] *ibid.*

magnorum testimonio quodammodo
crescant. *Probando enim delectat, qui mi-* Conf. S. 43
nus potest delectare dicendo (r).

40. Ut igitur eloquentiae usus in sa- *Eloquen-*
cris pateat clarius, *debet divinarum Scri-* *tia Homi-*
pturarum tractator & doctor, defensor recte fi- *letica.*
dei ac debellator erroris, & bona docere &
mala dedocere; atq; in hoc opere sermonis con-
ciliare aversos, remissos erigere, nescientibus
quid agatur, quid expectare debeant, insima-
re. Ubi autem benevolos, intentos, do- *De Exor-*
ciles aut invenerit, aut ipse fecerit, cate- *dio.*
ra peragenda sunt, sicut causa postulat.
Nam & *dicentis & auditorum & rerum nun-* *Tria spe-*
quam non habenda ratio est (s). Ita- *ctanda in*
que porro docendi, delectandi, moven- *tractatio-*
di sunt qui audiunt, prout res collata. *ne conf. S.*
cum personis fatigabit. *Docere necessita-* 47.
ris est, delectare suavitate, spectare victoria (t), *Officium*
Horum trium primo fit, ut *intelligenter* *triplex.*
secundo attentè (u) ac *libenter*, tertio ut
obedienter audiamur (x). Et prius illud *Differen-*
in *rebus* consistit quas dicimus, reliqua *tia.*
duo in *modo* quo dicimus (y) : quan- *Tria di-*
quam & omnibus tribus in hoc *modus* *cendi ge-*
convenit, quòd *submisso* dicendi genere, *nera.*
docens, *temperato* laudans, *grandi* exhor-
tans

C 5

(r) V. (s) II. IV. X. XI. XIII. (t) XII.

(u) ib. (x) XVII. XV. (y) XII.

tans utitur (z). Sunt enim istæ partes
Officium officii oratoris, quod *universale* est, dicere
universa- aptè ad persuasionem (a); *finis* autem id,
le. quod intenderis, persuadere dicendo
Finis, non (b). Qui quidem assensus auditoris etsi
semper ob- non sequatur, officio tamen satisfecit,
tinetur. suo, qui illis tribus convenienter fun-
ctus est (c).

Διδασκα-
λιας πα-
ρες due.

De docen-
dis

Cautio.

De diffici-
lioribus.

41. Jam verò ad *officium docendi* perti-
nent duo, ut vel exponantur, quæ scire
interest Christiani auditoris, vel quæ du-
bia videri queant vera monstrantur (d).
Ut sciantur atque appareant quæ late-
bant (e), narratione faciendum est, si
tamen indigeat ut res, de qua agitur, inno-
scent (f). Nam quæ intelliguntur ab om-
nibus, molesta non sint nolentibus au-
dire; quæ autem non intelliguntur,
molesta non sint volentibus audi-
re (g). Quæ verò quisque jam oblitus
est, cum commonetur, docetur (h). At
enim sunt quædam quæ sua vi non intel-
liguntur, quantolibet & quantumlibet,
quamvis planissimè dicentis versentur,
eloquio, quæ in populi audientiam, vel
rarò

(z) XVII. XIX. (a) XXV. conf. XVII.

(b) XXV. (c) XVII. (d) IV. XII.

XXVI. XXIV. (e) XI. (f) IV. XXVI.

(g) IX. (h) X.

rarò si aliquid urget, vel nunquam omninò mittenda sunt. Non tamen est in aliquorum colloctionibus hoc officium deferendum, ut vera, quamvis difficillima ad intelligendum, quæ ipsi jam percipimus, cum quantocunque labore disputationis, ad aliorum intelligentiam perducamus, si tenet auditorem vel collocutorem discendi cupiditas, nec mentis capacitas desit, quæ quoquo modo intimata possit accipere (i). Nec solum in colloctionibus sive cum aliquo uno sive cum pluribus, verum etiam multò magis in populis quando sermo promittitur, ut intelligatur, instandum est: quia & in colloctionibus est cuique interrogandi potestas; ubi autem omnes tacent ut audiatur unus, & in eum intenta ora convertunt, ibi ut requirat quisque quod non intellexerit, nec moris est nec decoris, ac per hoc debet *maximè tacenti subvenire cura dicentis*. Versandum igitur est quod agitur multimoda varietate dicendi *argumentis explicantibus, illustrantibus* (k). Cum verò vel ante vel post ejusmodi expositionem intellectum esse constiterit, nihil tunc amplius de ipsa re, tanquam diutiùs docenda laborandum est,

*Privata
opera.*

*Docendè
perspicuè.*

*& sollicitè.
conf. §. 42.
43.*

*Usus ar-
gumentorum
Explicati-
vum Ex-
plicati-
vum illu-
strantium,*

(i) IX. (k) conf. XV.

amplifi- est, sed fortè de *commendanda*, ut in corde
cantium. *figatur*; ubi temperatum genus & *ampli-*
ficantia argumenta, locum inveniunt.
Quod si faciendum videbitur, ita mo-
destè faciendum, ne perveniatur ad tæ-
dium. Mox ergò ad Usum applican-
dum, vel ad alia transeundum est (l).

Altera 42. Porro ut quæ dubia sunt certa fi-
pars dida- ant, divinis testimoniis (m), documen-
onalia, tis adhibitis, *argumentis probantibus*, ratio-
ad quam cinandum est (n). Enimverò hic etiam
arg. pro- sicut gratus est, qui cognoscenda enubi-
bantia lat, sic onerosus est, qui cognita inculcat,
eis duntaxat, quorum tota expectatio
in dissolvenda eorum, quæ panduntur,
difficultate pendeat (o). Oportet id-
circo non solum aperire clausa, & nodos
elenctica. solvere quæstionum, sed etiam, dum hoc
agitur, aliis quæstionibus, quæ fortassis
inciderint, ne id quod dicimus improbe-
tur per illas aut refellatur, occurrere: si
tamen & ipsa earum solutio pariter oc-
Cautio. currerit, *ne moveamus quod auferre non possu-*
mus. Valde autem bonum est, ut quic-
Elencho- quid contradici potest, si occurrerit, re-
rum ne- futetur, ne ibi occurrat, ubi non erit qui
cessitas. respondeat, aut presenti quidem sed ta-
conf. §. 41. centi occurrat, & minus sanatus abscē-
dat. Ast nimis tamen parcendum am-
bagi

(l) X. (m) XXVI. (n) IV. (o) X.

bagibus (p). Sive ergò exponat narret-
que, sive probet ac convincat doctor,
non nisi *submissa* disputatione agere de-
bet, ut res ad dignoscendum difficilis,
quantum datur, possit intelligi. Ple-
rumque autem dictio ipsa *submissa* dis-
solvit difficillimas quæstiones, & in-
opinata manifestatione demonstrat, dum
sententias acutissimas de nescio quibus
cavernis, unde non sperabatur, eruit &
ostendit; dum adversarii convincit er-
rorem & docet falsum esse, quod ab illo
dici videbatur invictum, maximè quan-
do adest ei quoddam decus non appeti-
tum, sed quodammodo naturale, & non-
nulla non jaëtanticula sed quasi necessa-
ria, atque ut ita dicam ipsis rebus ex-
torta numerositas clausularum (q).

43. Ita docendi isthoc & probandi of-
ficium minimè quidem id agit, ut veritas
eloquio, vel ipsum delectet, eloqui-
um; sed per se quæ vera sunt, mani-
festata, delectant (r). *Bonorum quippe*
ingeniorum insignis est indoles, in verbis ve-
rum amare non verba. Sed cum inter se
habeant nonnullam similitudinem ve-
scentes atque discentes, propter fastidia
plurimorum, etiam ipsa, sine quibus vi-

*Docendū
submissō
dicendi
genero.*

*Διδασκα-
λία
non re-
quirit.
conf. §. 41.
sed ad-
mittit cf.
§. 45. or-
natum.*

(p) XX. (q) XXVI. conf. c. XXI, XXIII,
XXV. (r) XII. XXVI. XI.

vi non potest, alimenta condienda sunt,
 datusque est in eloquentia nō parvus de-
 lectationi locus (s). Nam delectandi gra-
Cur dele- tiā & nota dicuntur, ubi non ista, sed mo-
Etandum. dus, quo dicuntur, attenditur (t). Qua-
 lia cum à Concionatore iteranda plerum-
 que sint, hoc si fiat insuaviter, non nisi
 ad paucissimos suus pervenit fructus, à
 cæteris haud libenter audiuntur (u). Cæ-
Ars dele- terum *modus*, quo suaviter res dicuntur,
Etandi. tropis, figuris & periodorum numeris
 conficitur, uti & in Sacris literis videre
 est (x). Hic verò etsi per tropologiam
 multa obteguntur, non tamen exposito-
 res earum ita loqui debent, tanquam se
conf §. 47. ipsos simili auctoritate proponant: sed
Obscuri- in omnibus sermonibus suis primitus ac
tas Scri- maximè, ut intelligantur, quanta possunt
pturarum maximâ perspicuitate dicendi elaborent
non imi- (y). Cujus evidentia diligens appeti-
tanda. tus aliquando negligit verba cultiora,
Perspicui- usurpans quandam *diligentem negligentiam*.
tatis ergo Hæc tamen sic detrahit ornatum,
ornatus ut sordes non contrahat. Quamvis in
verborum bonis doctoribus tanta docendi cura sit
negligen- vel esse debeat, ut Verbum *non sic dicatur*,
dus. *ut à doctis, sed potius ut ab indoctis dici solet.*
 Quid

(s) XI. XIII. XVI. (t) X. (u) XI. *conf.*
c. XIV. (x) l. II. c. VI. l. IV. c. VII. XX.
 (y) VIII.

(z). Quid enim prodest clavis aurea, si aperire quod volumus non potest? aut quid obest lignea, si hoc potest? (a) Qui ergo docet, vitabit omnia verba que non docent (b) non curans quantâ eloquentiâ doceat, sed quantâ evidentia (c). Quemadmodum autem suavitas, qua teneri ad audiendum auditor debet (d), intellectui obscuritate, sic profusione nimia gravitati displicet (e). Possumus verò hoc temperati generis ornatu non jactanter, sed prudenter uti, si non ejus fine contenti simus, quo tantummodò delectatur auditor, sed hoc potius agamus, ut etiam ipso ad bonum, quod persuadere volumus, adjuvetur. Ita ei, quod efficiendum est cum granditer dicimus, id est, ut bona morum diligantur vel devitentur mala, præsertim cum scientes & faventes auditores habemus, aliquantò promptius ex ipsa delectatione elocutionis accedit vel tenacius adhæret assensus; aut si jam id agunt, agent studiosius atque in eo firmiter perseverant (f). Nam & laudes & vituperationes quando elo-

simile.

conf. §. 38.

*Vitanda
obscuritas
& luxuria
verbarum*

usus temperati generis.

conf. §. 45.

*In part.
deia.*

(z) X. (a) XI. conf. c. XX. (b) X. conf. XXII. & l. III. c. III. (c) IX. (d) XI. (e) XIV. (f) XXV. conf. c. XI.

eloquenter dicuntur, cum sint in genere temperato, sic afficiunt quosdam, ut non solum in laudibus & vituperationibus eloquentiam delectentur, verum & ipsi laudabiliter appetant, fugiantque vituperabiliter vivere: (g).

Affectibus non semper opus.
Παράδειχ.
Docendum antequam movendum.
Επιανόησις.

44. Quando ergo ita accidit, ut tantum docenti vel etiam delectanti consentiat auditor, non semper opus est movere ac flectere affectibus (b). Si enim talia docentur, quae credere & nosse sufficiat, nihil est aliud eis consentire, nisi confiteri vera esse. Cum vero id docetur quod agendum est, & ideo docetur, ut agatur, etiam fortasse rebus ipsis cognitis ita movebuntur, ut eos non opus sit majoribus eloquentiae viribus jam moveri. Si enim nesciant, prius utique docendi quam movendi: quis nimirum dixerit eos agere debere, quod nesciant? (i) At cum quod agendum esse iam sciunt, non agunt, & frustra persuadetur verum esse quod dicitur, nec ita discitur ut agatur; sed in eo quod jam sciunt duri illi, agendo torpent, nec inclinant assensum ut rebus, quas veras esse fatentur, accommodent; hi nempe sunt, qui jam remanent ad consensi-

(g) XXIV. conf. c. XXVI. (h) XII. (i) XII. conf. c. XXIV. XXV. XXVI.

sensionem flectendi eloquentiæ granditate. Oportet igitur eloquentem ecclesiasticum non solum *docere ut instruat*, & *delectare ut teneat*, verum etiam *flectere ut vincat* (k). Ibi obsecrationes & increpationes, concitationes & coercitiones, & quæcunque alia valent ad commovendos animos, sunt necessaria (l). Flectuntur si ament quod polliceris, timeant quod minaris, oderint quod arguis, quod commendas amplectantur, quod dolendum exaggeras doleant, cum quid latandum prædicas gaudeant, misereantur eorum quos miserandos ante oculos dicendo constituis, fugiant eos quos cavendos terrendo proponis: & quicquid aliud grandi eloquentia fieri potest (m).

Usus affectuum oportet.

Species.

45. Grande autem dicendi genus hoc maximè distat ab isto *temperato* genere, quòd non tam verborum ornatibus communitum est, quàm violentum animi affectibus. Nam capit etiam illa ornamenta penè omnia, sed ea si non habuerit, non requirit. Fertur quippe impetu suo, & elocutionis pulchritudinem

Affectus grandi generi communi.
Diff. grande à temperato.
conf. §. 46.

D nem

(k) XIII. (l) IV. (m) XII.

Simile.

*Grandis
Styli effe-
tus.*

*it. Submis-
si & tem-
perati.*

*Tempera-
ti minor*

nem, si occurrerit, vi rerum rapit, non curâ decoris assumit. Satis enim est ei propter quod agitur, ut verba congruentia non oris eligantur industriâ, sed petitoris sequantur ardorem. Ita si aurato gemmatoque ferro vir fortis armetur intensissimus pugna, agit quidem illis armis quod agit, non quia preciosa, sed quia arma sunt: idem ipse est tamen, & valet plurimum, etiam cum *rimanti telum irafacis* (n). Utriusque exemplum reperimus c. XX. sub finem. Sunt & multa experimenta (quorum quod Augustino contingit, illustre admodum est) quibus discimus, homines, quid in eis fecerit sapientis granditas dictionis, plerumque gemitu, aliquando etiam lacrymis, postremo vitæ mutatione monstrasse (o). Quod quidem *acumina submissi generis, & ornamenta* non faciunt *temperati*; verum uti grande illud *pondere suo voces premit, sed lacrymas exprimit*, ita hæc clamorem potius, cum usus ita in Ecclesia ferret, excitabant (p). Atque adeo omnes qui fleantur, agunt; omnes qui docentur, sciunt aut credunt: non omnes verò, qui delectantur, mutantur (q). Unde colligitur, illa duo esse maximè necessaria; hoc

(n) XX. conf. c. XXVI. (o) XXIV.
(p) XXIII. XXIV. conf. c. X. XXVI.

hoc autem non nisi propter ipsa usurpan- *necessitas.*
dum, vel cum iis non opus est (r). Quo- *conf. § 43.*
modo prætereà differant hæc tria genera, *Exempla*
scutè, ornatè ardentèque dicere, selectissi- *trium ge-*
mis Scripturæ Patrumque exemplis do- *nerum.*
cetur, quorum & similium assidua lectio-
ne vel auditione, admixta etiam exerci-
tatione, possunt ea studentibus inole-
scere (s).

46. De usu eorum præceptum est, *par-* *Cic. de O-*
va submissè, modica temperatè, magna gran- *vat. cap.*
diter dicenda esse (t). Quod quidem in cau- *XVII.*
sis civilibus, non autem in ecclesiasticis *De Vsu*
quæstionibus observari potest. Cum e- *rium di-*
nim de illius viri differamus eloquio, *cendi ge-*
quem volumus earum rerum esse docto- *nerum.*
rem, quibus liberamur ab æternis malis,
atque ad æterna pervenimus bona; ubi- *In Sacris*
cunq; agantur hæc, sive ad populum, sive pri- *magna o-*
vatim, sive ad plures, sive ad amicos, sive ad in- *raia. Nec*
imicos, sive in perpetua dictione, sive in collo- *tamen u-*
catione, sive in tractatibus, sive in libris, sive in *bique dic.*
epistolis vel longissimis vel brevissimis, magna *grand.*
sunt omnia (n). Nec tamen hæc magna *Concursus*
semper dicenda sunt granditer; sed sub- *rium.*
missè cum aliquid docetur, temperatè
cum aliquid vituperatur sive laudatur.
Et aliquando de una eademque re ma-
gna, & submissè dicitur si docetur, & tem-

D 2

(r) XXV. (s) XX. XXI. (t) XVII. (n) XIX.

Exempla

*Varietas
adhibenda
dupliciter.*

*Varietas
miscendorum
generum.*

*Dictio
conueniens.*

peratè si prædicatur, & granditer, si avertus inde animus, ut convertatur, impellitur. Quid enim DEO ipso majus est? Hic autem qui docet unitatem Trinitatis, non nisi submissa disputatione, non ornamentis, sed documentis rectè utitur. Porrò cum laudatur DEUS, nulla facies pulchræ dictionis sufficit. At si ad colendum eum commovendi idolatræ sunt, debet utique granditer dici (x). Ne verò in eorum, qui audiunt, frigescant vel tepescant sensibus hæc dicendi genera, varietates adhibeantur necesse est. Quas quidem primò singula suas in sermone eloquentium habent: tum verò quantum congruè fieri potest, omnibus generibus dictio varianda est, ut in aliud ab alio fiat transitus. Veruntamen facilius submissum solum, quam solum grande diutius tolerari potest; nisi enim hoc aliorum generum interpositione varietur, dum volumus altius erigere quod erectum est, etiam inde decidet, quò fuerat excitatione perductum. Interpositis verò quæ sunt dicenda submissius, bene reditur ad ea quæ opus est granditer dici, ut dictionis impetus, sicut maris æstus, alternet (y). Et cum interfit, quod genus
cui

(x) XIX. conf. c. XXI. (y) conf. exemp. c. VII.

cui generi interponatur vel adhibeatur certis & necessariis locis, dictio ei generi tota tribuatur, cuius copia prævaluerit. Itaque in grandi genere semper, aut penè semper temperata debent esse principia. Et in potestate est eloquentis, ut dicantur nonnulla submissè, etiam quæ possent granditer dici, ut ea quæ dicuntur granditer, ex illorum fiant comparatione grandiora, & eorum tanquam umbris luminosiora reddantur. Quemadmodum & in temperato genere nonnulla, quæ ornari possent, ideò non ornantur, sed submisso sermone dicuntur, ut quibusdam quasi toris ornamentorum præbeant eminentiorem locum. Quanquam, si quaestio, cuius nodus est solvendus, incurrat, in aliis duobus generibus, submisso genere semper utendum est, sicut ad laudandum aliquid vel vituperandum temperato. Hæc autem dictio temperata grande genus non requirit: contra ut in grandi genere inveniunt locos suos duo cætera, ita in submisso similiter (z). Quod superest, unoquoque genere id agendum, ut auditores intelligant, ut libenter audiant, ut obtemperent (a), hoc est, ut persuadeamus (b).

*Remissio
in grandi
& temperato.*

*Collatio.
conf. §. 45.
Officium
unoquoque
spe-
ctandum,
& finis.*

47. Omnes hæc virtutes & ornamenta

Eloquentia

D 3 ta

(z) XXII. XXIII. (a) XXVI. (b) XXV.

*ta Scri-
ptura &
Patrum.*

*Neque
decorum
ex perso-
na dicen-
tis (eo f.
de pers. n.
audient.
S 40.)
item re-
bus.*

ta eloquentiæ ostendi etiam possunt in
sacris literis, quas nobis erudiendis, & ab
hoc seculo pravo in beatius seculum trans-
ferendis, providentia divina providit
(c). Quod ipsum lib. IV. c. VII. & XX. at-
que in *Patrum* Scriptis c. XXI. præstitum
abunde est. At verò sicut est quædam
eloquentia, quæ magis ætatem juveni-
lem decet, est quæ senilem, nec jam
dicenda est eloquentia, si personæ
non congruat eloquentis: ita est quæ-
dam, quæ viros summa auctoritate di-
gnissimos planeque divinos docet. Hac
verbi auctores locuti sunt, nec ipsos de-
cet alia, nec alios ipsa: ipsis enim congru-
it, alios autem, quantum videtur humilior,
tantum altius non ventositate, sed solidita-
te transcendit (d). Et in quibus fortè lo-
cis agnoscitur à doctis, tales res dicuntur,
ut verba quibus dicuntur, non à dicente
adhibita, sed ipsis rebus velut sponte sub-
iuncta videantur: quasi sapientiam de
domo sua, id est, *pectore sapientis* procede-
re intelligas, & tanquam inseparabilem
famulam, etiam non vocatam, sequi elo-
quentiam (e). Quod quidem nos ita imi-
tari adhuc debemus, ut malimus rebus
pla-

(c) VI. (d) ib. conf. c. XIV. (e) VI. conf.
c. VII. sub. fin. XX. XXVI.

placere quam verbis; *nec doctor verbis ser-
uiat, sed verba doctori (f).*

48. Habet autem, ut obedienter audia- *Exemplū*
tur, quantacunque granditate dictionis *dicentis*
majus pondus vita dicentis. Nam qui *plus, quam*
sapienter & eloquenter dicit, vivit autem *affectus,*
nequiter, erudit quidem multos discendi *efficit.*
studiosos, quamvis animæ suæ sit inuti-
lis. Christus ipsa veritas est, & tamen
etiam non veritate annunciari veritas
potest, id est, ut pravo & fallaci corde,
quæ recta & vera sunt, prædicentur. Sic
quippe annunciatur JESUS Christus ab e- *Phil. 2.21.*
is, qui *sua querunt, non qua JESU Christi.* *Malè vi-*
Sed quoniam boni fideles non quemlibet *ventes*
hominum, sed ipsum Deum obedienter *quatenus*
audiunt, ideò audiuntur utiliter, qui *audiri uti-*
etiam utiliter non agunt. Multis itaque *liter pos-*
profunt dicendo, quæ non faciunt: sed *sunt.*
longè pluribus prodesse faciendo,
quæ dicunt. Abundant enim, qui malæ
vitæ suæ defensionem ex ipsis suis præpo-
sitis & doctoribus quærunt, responden-
tes corde suo, aut etiam si ad hoc erum-
punt ore suo dicentes: *Quod mihi præci-*
pis, cur ipse non facis? Ita fit, ut eum non obe- *Malè vi-*
dienter audiant, qui se ipse non audit, & *ventes à*
Dei verbum, quod eis prædicatur, si- *plerisque*

D 4

mul

(f) XXIIIX.

*audiamur
inutiliter.* mul cum ipso prædicatore contemnant
*Exem-
plum ora-
tioni præ-
stat.* (g). Præstat his igitur, qui quando nec elo-
quenter nec sapienter dicere potest, ita
conversatur, ut non solum præmium si-
bi comparet, sed etiam præbeat aliis ex-
emplum, & sit ejus *quasi copia dicendi for-
ma vivendi* (h).

*Homiliis
aliorum
ari licet.*

Jer. 23. 30.

*Habitus
Homileti-
cus præ-
cando De-
um & ab
homini-*

49. Sunt sanè quidam, qui benè & ar-
denter (i) pronunciare possunt, animos-
que ita accendere; quid autem pronun-
cient, excogitare non possunt. Quod si
ab aliis sumant eloquenter sapienterque
conscriptum, memoriæque commendent
atque ad populum proferant, si eam per-
sonam gerunt, non improbè faciunt. Nec
deterrendi sunt isti voce Jeremiæ Pro-
pheta, per quem Deus arguit eos, *qui fu-
rantur verba ejus, unusquisque à proximo suo.*
Qui enim furantur, alienum auferunt;
verbum autem Dei non est ab eis alie-
num, qui obtemperant ei; potiusque il-
le dicit aliena, qui cum dicat bene, vivit
malè (k). Si quis vero & nosse vult & do-
cere quæ docenda sunt, per hoc, ut im-
ploret Deum (l), discat quidem ab ho-
minibus omnia, facultatemque dicendi,
ut decet virum ecclesiasticum, comparet.
Deinde quisquis potuerit & in quantum
po-

(g) XXVII. (h) XXIX. (i) VII. sub fin. (k)
XXIX. (l) conf. l. III. c. XXXVII. sub fin.

potuerit, pietate magis orationum, quam *bus discen*
oratorum facultate, se posse non dubitet, *do obtine-*
ut orando pro se ac pro illis quos est allo- *tur.*
cuturus, sit *orator antequam doctor* (m).

50. Ipsâ horâ jam ut dicata accedens, pri- *Precum*
usquâ exferat proferentem linguam, ad *necessitas.*

Deû levet animam sitientem, ut eructet
quod biberit vel quod impleverit fundat.

Cum enim de unaquaque re, quæ secun-

dû fidē dilectionemque tractanda sunt,
multa sint quæ dicantur, & multi modi

quibus dicantur ab eis qui hæc sciunt,
quis novit quid ad præsens tempus vel

nobis dicere, vel per nos expediat audiri,
nisi qui corda omnium videt? Et quis fa-

cit ut quod oportet, & quemadmodum o-

portet, dicatur à nobis, nisi in cuius manu
sunt & nos & sermones nostri? Ad horam

verò ipsius dictionis illud potius be- *Matth. X.*
menti cogitet convenire, quod Dom- *19.*
ait: *Nolite cogitare quomodo aut quid loqu-*

ni, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini

non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus

Patris vestri qui loquitur in vobis. Si ergò lo-

quitur in eis Spiritus Sanctus, qui perfe-

quentibus traduntur pro Christo, cur nō
& in eis qui tradunt discipulis Christū
(n)? Illi verò qui ea dicturi sunt, quæ ab a-

liis acceperūt, & antequâ accipiant, orent
pro eis, à quibus accipiunt, ut eis detur,
D 5 quod

(m) XV. (n) ibid.

quod per eos accipere volunt; & cum
acceperint, orent, ut bene & ipsi profe-
rant, & illi ad quos proferunt, fumant: &
de prospero exitu dictionis eidem grati-
as agant, à quo id se accepisse non du-
bitant, ut qui gloriatur, in illo gloriatur,
in cuius manu sunt & nos & sermones
nostri (o).

(o) XXX.

Ex Prefatione

DN. D. SPENERI

in Tabulas Hodosophicas

De

Impedimentiis Studii Theologici.

HOmileticæ, quatenus hermeneuti-
cæ & exegeticæ contradistinguitur,
& in oratoria sola consistit, cultum ni-
miam non ego solum, sed mecum multi
alii cordati inter præcipua impedi-
ta studiorum sacrorum reponunt, id-
que omni jure. Postquam enim præ-
tium oratoriæ isti Ecclesiasticæ pro sua
dignitate nimiam ab annis non ita
multis, nam avorum memoria minus
ope-

operæ ei impendi solebat, à quibusdam
constitui cœpisset, multi iudicio hoc
occupati juvenum in academias abe-
untium animos illâ noxiâ admodum
persuasione impleverunt, cum sugge-
stui destinati sint, & præcipua ministerii
pars consistat in concionibus habendis,
non melius se studiis consulturos suis,
quam si concionandi artem calleant.
Unde quorundam hâc opinione fasci-
natorum prima & ultima cura hæc est,
ut homiletica tractent, dicendique ex
arte modum discant, quid olim dicant
ut discant omnino incurii, illis non ab-
similes, qui de calceorum affabre con-
suendorum poliendorumque artificio
unice solliciti, de medijs corii compa-
randi vel etiam aptandi plane securi
sunt, unde fit, ut aliquando hoc mendi-
cando quærere necesse habeant, aut eo
deficiente ex charta, membrana aut a-
lia materia inepta calceos ad regulas ar-
tis consuunt satis elegantes, sed usus nul-
lius. Quid enim aliud speremus de ho-
minibus, qui cum nec credenda nec a-
genda debita cum cura animo conce-
perint, eumque habitum sibi compara-
verint, ex quo olim dicenda, accedente
de.

debita meditatione, ultro succurrant, omnem operam oratoriam Ecclesiasticam impendunt, de disponendi, amplificandi, illustrandi artificio solliciti, & quicquid huc facere videtur, omni labore congerentes, quam ut aliquando methodice & ornate dicant, non tam quod cœtui ad ædificationem imprimis profuturum erat, quam quod methodum, quam sibi elegere, suppeditare aut postulare opinantur? Unde si bona dicunt, dicunt ex aliis, utinam non magna plerumque cum *inopia* mutuo sumpta aut excerpta, quæ sæpe nec satis intelligunt, ideoque nec rectè applicant; hi subsidiarii autores ipem si fallant, dicunt inepta, & qualia expectes ab hominibus Theologiæ veræ ignaris, quorum præcipua cura fuit oratoriam leges discere, & dispositionum formulas, tanquam unicuique sapientiæ thesaurum, colligere, atque in his omnem suam collocare fiduciam. Hoc tam noxium cacoëthes, quo tot juvenum, ingenio alias satis valentium, studia plane pessundantur, dignum esset publica etiam, ne latius serperet, coercitione; saltem non rectius doctores Academici de auditoribus suis

is

is mereri possent, quam si omni occasio-
ne omnique animi contentione dirum
istum errorem illorum animis evellant,
ostendentes hunc præcipue scopulum
esse innumeris naufragiis infamem. De
me profiteri possum, cū plurimum candi-
datorū examinandorum munus etiam
mihi incumbat, ex illis, qui de metho-
do studii sui in genere quæsit, se Homi-
leticæ operam navasse mihi responde-
runt, rarissimos in examine ita stetit-
se, ut non præposteræ istius industriæ
noxa ad oculum apparuerit. Quæras
ergò, nullumne credā Homiletices usū?
Hoc vero non dixerim, id tamen asserere
confidens, tantū non esse, quantus ple-
risque creditur. In plurimis concioni-
bus plus demonstrationis Spiritus & vir-
tutis (ἀπόδειξις πνεύματος καὶ δυνάμεως)
quā artis & πειθῶν ἀνθρώπινης σοφίας λόγων
deprehendi optarim, ad istam vero
quā ad illam oratoria hæc magis ducit,
imo ad illam ducere non potest, quam
vellem ut non sæpius abduceret! cum
qui eius amore nimio capti sunt, quo-
modo quæve serie quam quid dicant
plerumq; magis pensi habeant, malintq;
auditoribus minus profutura, si metho-
di

di leges id exigere credantur, proponere, quam contra harum præscriptum, ac ita *ἀναθόδως* inhærere iis, quibus salus hominum efficacius promoveretur. De hisce methodi equidem legibus in uniuersum iudicare meum non est, miror tamen esse, qui rem liberam, nimirum de rebus diuinis ad populum eius ædificationi, uti hæc exposcit, verba faciendi studium, ausint certis legibus ita determinare, ut in vitio ponatur, si hæc non ante oculos semper sint, præcipuam vero laudem reportet oratio ad superstitionem usque ad illas exacta. Spero equidem, qui Ecclesiasticam hanc oratoriam tradunt, non ea esse temeritate, ut hanc suis regulis tribuant auctoritatem, quam discipuli plures forte præter ipsorum sententiam iactant, seque & alios omnes istis astrictos volunt tanquam legibus, cum qui conscripserunt, consilia dare voluerint, quæ sequi, & ad libitum omittere cuiuis sit integrum. Interim non abnuerim, quibus sermones formare difficilius est, aliquod subsidium sibi ex eo parare posse, si ex oratoriis præceptis rem satis cognitam, ut ab audientibus facilius percipiatur, certo
&

& comodo ordine disponere & dicendi
facilitate clariora reddere discant: qui
meo quidem sensu homiletices aut unus
aut præcipuus fructus apud illos est,
quibus non laus eloquentiæ, sed profe-
ctus auditorum solus finis est. Unde tali-
bus potissima cura est, dum studiis ope-
ram navant, ut apparatus cognitionis
solidæ de omni re divina locupletem
admodum comparent, quò Theticum &
Exegeticum studium faciunt, ex quo suo
tempore larga manu admetiantur, quæ
concionis fidei & vitæ proderunt, eo di-
cendi genere, quod omnem vim suam
am non à verborum & *ῥητορικῶς* artifi-
ficio vel aures demulcente elegantia,
sed à rerum, quas tractant, insita virtute
& dicentium serio zelo repetat: rhetorices
præceptis illi tantū futuris usui, ut assue-
scant maiori perspicuitate & comodo or-
dine, quæ velint, eloqui. Intra hos termi-
nos redacta Homiletica prodesse potest,
quæ imoderatius exulta nunc multis no-
cet, facitque, ut qui concionatores istius
beneficio, aliis literis neglectis, evadere u-
nice laborant, ne quidem concionibus ali-
quando, nempe ex vero usu auditorii, ha-
bendis, idonei fiant, verborum plerumq;
fluxu aures demulcentes, cordibus ma-
nentibus intactis. In primis in ipsa homi-
les

letica illū quorundam n̄vum observan-
dum, vel vitandum potius, existimo, qui
grammaticandi nimio studio tenentur,
& ex hoc vocis, quæ forte occurrit, usum
grammaticum prolixè ex concordantiis
recensent, etsi materia, ubi vox occurrit,
plane loco non sit parallela, nec omnino
analogà. Quæ recitatio vocabulorum
Hebraicorum & Græcorum prolixa po-
pulum ædificare non potest, cum tamen
huius salus suprema lex concionatoris,
adeoque etiam Homiletices,
esse debeat.





06287

8

WNA

m.c





Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

STITUTIO
NEVTICO-
ILETICA,

hoc est,
erpretandi Scripturam
& concionandi,

ex
AUGUSTINI

DE
NA CHRISTIANA

IS QUATUOR
a, illustrata atque ad
n accommodata

â
JUSTO BREIT-
HAUPT, D.



MAGDEBURGICÆ,
Johann. Frid. Zeitleri.